



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

101. Quo tempore in dispensatione debeat verificari causa finalis, an sufficiat causam subfuisse, cum dispensatur? an verò requiratur etiam, ut perseveret, dum initur matrimonium? Et quid, quando ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

# De Dispensationibus. Resol. C I.

237

præsum, cùm in aliqua persona plura sunt atrocioria delicta, singula difficultus remittuntur in humano iudicio. Confirmatur; quia alia aperitur via fraudibus, obtemendo per plures dispensationes, quod seipsum Pontificis, re tota intellecta, per vim non concederet.

2. His tamen non obstantibus, negatiuum sententiam tenet P. Amicus tom. 5. disp. 6. scilicet 8. num. 127. Sunt de legibus, lib. 6. cap. 24. & alii. Et ratio est, quia ex una parte nullum est ius, quod hanc conditionem vniuersaliter requirat: ex alia parte, cùm integrum proponatur vinculum per secundam dispensationem Principi solendum, non est, cur ad validitatem ipsius debeat mentio fieri prioris antea ostenta.

3. Nec obstat fundatum quod pro sua sententia adducit Sanchez, quoniam vim vinculum ex coniunctione cum aliis redditus grauius, & dispensator difficultus, quia reddit personam minus habilem, & dignam dispensatione. Respondet: Esto plura vincula ex le reddant personam minus dignam dispensatione: dispensationemque ipsam concessu difficultatem; quia tamen talis indignitatis expressio ad dispensationem non facit, valebit dispensatio in uno vinculo, tacitus aliis, quando sine mentione aliorum sufficiens explicari potest. Confirmatur, nam qui plures habet excommunicationes, minus dignus est, ut absolvatur ab una, cùm tamen absolutio viuis fine abholitione aliarum valida sit. Item qui plura habet peccata, minus dignus est beneficio: quia tamen expello talis indignitatis non facit ad collationem beneficii, valet beneficii collatio, etiamsi ei beneficium collatum non fuisset, si ipius peccata à collatore scita fuissent. Et ita hanc sententiam docet Salas de legibus, lib. 20. scilicet 15. num. 122. vbi sic ait. Queritur an cùm multa impedimenta concurrunt, oportet omnia illa in eadem de dispensatione referre, an sit in diversis. De hac re late Sanchez lib. 8. de Matrimonio, disp. 23. milhi placet sententia multorum, quos refutat num. 1. scilicet sat esse in diversis dispensationibus referri, licet ipse cum aliis oppositum putet probabilius, num. 2. Ita Salas. Sed aduersus illum noscimus infurgit Magister Texeda in Theolog. moral. tom. 4. lib. 4. tract. 3. num. 51. qui in casu quotidiano optime sic ait. Difficilias maior est, an quando in eadem persona duo sunt impedimenta, quorum alterum occulissimum est, ex cuius revelatione si faciat, sequitur personae eo laboranti magnum detrimentum, & alia grauissima damna. In qua difficultate dico cum Leontina de Matrimonio. q. 56. artic. vlt. dicit. Eman. rom. 1. summa cap. 23. num. 6. sufficere, & satis esse in narratione ad Pontificem missa impedimentum publicum dumtaxat exprimi debere, taciato altero oculo; cum hac tamen conditione, ut impedimentum occultum proponatur etiam Pontifici in facta Penitentiaria simul cum publico, ut virtus notitiae habeat, qualiter exigitur ut dispensatio sit valida.

4. Si dicas, si necessarium est quod impedimentum occultum proponatur Pontifici simul cum publico, iam ex tali notitia, & cognitione resultat consigilii prædicto impedimento laborantibus detinuntur numeratim, & grauia illa damna ob quæ vitanda diximus illud impedimentum occultum sub silentio in narratione posse prætermitti. Respondetur tamen, quod quando in facta Penitentiaria impedimentum occultum Pontifici proponitur, & excluditur, non declarantur partium nomina; & idem proponendo illud Pontifici in facta Penitentiaria occurrit inconveniens, & propterea salvatur quod necessarium est, ut recte & valide concedatur dispensatio aperte vlo propterea pectorale incurriendi contraria.

hentes aliquod graue dampnum, cùm cognita eorum non publicentur. Vide etiam Merollam tom. 2. disp. 4. c. 6. num. 451.

## RESOL. C I.

*Quo tempore in dispensatione debet verificari causa finalis; an sufficiat caufam subfuisse, cum dispensatur, an vero requiriatur etiam, ut perseveret, dum iniurit matrimonium.*

*Et quid, quando committitur inferiori? Ex part. 8. tr. 3. Ref. 77.*

**S. I.** *H*anc quæstionem latè pertractat Merolla sup. hoc in tom. 2. disp. 4. c. 6. num. 313. & seq. omnino videndum, & alij penes ipsum. Ego breuiter assero, primò non sufficere, neque requiri ad valorem dispensationis, caufam finalē verificari tempore petitionis dispensationis, sed requiri eam verificari eo tempore, quo Pontifex, vel alius superior dispensationem concedit, vel committit alteri eam concedendam, tum quia illa clausula, si preces veritate niantur, hunc sensum reddit, scilicet si preces mihi proposita vera sunt in praesenti tempore. Et probatur ex cap. quia circa, de consanguinitate, ubi dicitur falsam fuisse allegatum caufam, ad dispensandum, scilicet prolem habitam; & redditur ratio, quia filia iam erat mortua. Ita sententia Corduba in summa quest. 45. opinione 2. punct. 1. Vega 1. tom. summa, cap. 88. cap. 4. Secundo respondemus, quod si aliq[ue] causa dispensationis maneat, valida est dispensatio, licet illæ non essent sufficientes à principio ad concedendam eam, si illæ tantum fuissent propositæ Pontifici, modò tamen illæ coniunctæ cum his, quæ à principio possit sunt, sufficientem constituerint causam ad impetrandam dispensationem. Ita docuit Sanchez lib. 8. de Matrimonio, disp. 30. num. 8. Cuius ratio est, quia aliæ magnū ostium aperiretur scutulis; continuò enim homines esse sunt folicti, an maneat sufficiens causa; & an possint ut dispensatione sibi concessa. In dubio autem, an dispensationis caufa ceſſauerit, vel non censeretur minimè ceſſasse, ac per consequens dispensatio judicatur valida in eo dubio, postquam fuit semel legitime concessa, quia posſeffio fauet ei. Tertiò respondemus, quod si dispensatio sit deducta ad ultimum effectum, & si commodè diuidi non possit, ut si quis, cum quo dispensatum est in voto castitatis, matrimonium celebravit, qui quidem nequit discedere ab vxore sine scandalo, neque cohabitare cum illa sine periculo incontinentia pendit debitum, tunc licet causa finalis cesse, non ceſſat tamen dispensatio. Et haec videtur esse mens Pontificis, hocque videtur esse conueniens regimini Ecclesiæ, ne grauia detrimenta ex ea opposita reloquuntur. *Quarò respondemus, requiri* Sup. hoc in verificationem causæ finalis, eo tempore contingere, frā in Ref. 118. & in quo Ordinarius exequitur dispensationem, quia alijsius prius dispensatio compleetur, & reuera sit; ergo tunc maneat, & necesse est, caufam finalē præsentem esse. Ita cum in §§ annos alios Couartuuas 4. Decretal. 2. part. cap. 6. §. 9. præterit. num. vltim.

2. Sed non deseram huc apponere verba Ioanni's Præpositi in 3. part. D. Thome, quest. 8. de dispensatione Matrimon. dub. 4. num. 31. vbi sic ait. Dubitatur, an quando dispensatio committitur inferiori, sufficiat caufam subfuisse, cùm res proponeretur Romæ, vel Nuntio, vel cùm littera ex parte eorum conficerentur? An vero insuper requiratur, ut causa persistat, dum dispensat is, cui committitur negotium? v. g. legi in frā la. aliqua petit dispensationem, ut possit contrahere quoniam doctrinæ cognato in quarto gradu, eo quod propter defectum Ref. 141. à dotis

principio & que ad hanc dispensationem pertinet. docet non possit facile sibi aqualem inuenire; petenti num dispensatio sit valitura, si antequam dispensauerit is, cui committitur, sufficientem dotem comparauerit? Respondi. Verius non valere, vt docet Sanchez lib. 8. disp. 30. num. 12. quia antequam inferior res ipsa dispensauerit, dispensatio nondum est perfecta; censeturque adhuc in fieri, atqui cessante causa, antequam perfecta sit dispensatio, vt ex communione Doctorum tradit Sanchez *supra*.

3. Dubitari vero potest, an sufficiat causam subfuisse, cum dispensatur, an vero etiam requiratur, ut perseveretur, dum initus matrimonium? Sanchez *supra* p. 14. censet requiri, ut perdure utroque tempore; sed non est improbatibile sufficere, subfuerit tempore dispensationis, quod etiam censet probabile Sanchez *supra* in fine, num. 13. quia per hanc dispensationem homo legitime eximitur a lege, ergo potest validè matrimonium inire, quamvis cessa causa, propter quam dispensatio est impetrata. Huc velut Praepositus. Vide etiam Hurtadum de Matrimonio lib. 26. diff. 3. n. 14. & Basilium lib. 8. n. 20.

## RESOL. CII.

Quae falsitas vitiet rescriptum in quacumque dispensatione?

Et hic apponuntur aliqua regula, ex quibus multis casis Confessarij, & Responsores causum conscientia extirpare poterunt. Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 53.

§. 1. **H**ec quæstio est quotidiana pro materia dispensationis ad Ordines, matrimonia, &c. ideo hinc ponam regulas aliquas, ex quibus multis casis confessarij & responsores causum conscientia extirpare poterunt.

Sup. hoc proposito postio posito in textu huius §. late in Ref. infra in Ref. 105. & propter & ex causa scientia dicat concedere. Ita Castrus Palau in opere moralis tom. 1. tract. 3. cap. 6. punct. 16. §. 1. ad medium. §. 3. num. 1. Gutierrez canon. q. 1. lib. 2. c. 15. num. 103. & 104. Sanchez de marim. tom. 3. lib. 8. disp. 21. n. 41. & alii.

Sup. hoc in 3. Dico secundò illorum taciturnitatem impeditae concessionem, quæ à iure, styllo, & consuetudine mandantur exprimi, & illorum expressionem falsam vitiare concessionem quibus secundum ius, stylum, & consuetudinem mouetur Princeps in rescripto concedendo, ita vt iure caute sit quod eis expressis gratiam Princeps non concessisset. Ita Garcius de benef. tom. 2. part. 8. c. 13. n. 20. Castrus vbi supra num. 3. Salas de legib. d. sp. 20. scđt. 15. num. 115. & Pontius vbi infra.

Sup. hoc infra in Ref. 117. & 118. 4. Dico tertio, quod si plures causæ proponantur, si virtus est insufficiens per se, & integrerent unam causam sufficientem, si aliqua eature est falsa, corruit dispensatio, quia illis nititur voluntas dispensantis: iudicabitur autem vtramque esse insufficiensem, quando ex quacumque illatum lectorum non solet concedi dispensatio. At si una causa sit sufficiens ex consuetudine & styllo, & ea vera, alia vero quæ additur sit falsa, communior sententia est quod valet dispensatio, nec vitiatur rescriptum. Ita Basilius Pontius de matrim. lib. 8. c. 17. §. vlt. num. 4. Sanchez loco cit. n. 32. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 6. de voto c. 27. n. 11. licet Castrus Palau vbi supra §. 5. n. 2. hoc intelligat de causa extirpanda dispensationis, & quæ per se non potest mouere Princepem ad dispensationem conce-

dendam, quis dicere poterit hinc & nunc ex virtute simul motum non esse. Ita illa. Sed Pontius vbi supra absolutè loquitur, & confirmat loquaciter Laurentius Portel in resp. mor. part. 3. cap. 8. num. 2. vbi docet, quod quando in rescripto narrantur plures causæ copulatiæ, quorum aliae verae sunt, aliae falsæ, speciosa est causa quia nititur rescriptum, eaque existente vera, non obstat exterratum fallitatem; & adit, quod cum causa narratur disiectuè, sufficit alteram esse veram, ne rescriptum sit subreptitum.

5. Dico quartio, quod in dubio an sit causa finalis, quæ exprimitur in rescripto, seu dispensatione pertinentis ad ipsam dispensationem intrinsecè, an vero solùm impulsiva & motiva extrinsecè dispensationem concernens censendum est esse motivum, & non finalē, quia semper stare debet presumptio in favorem valoris actus. Et idem dicendum est, cum dubium est, an dispensatio valida sit, quia dubium est, an causa falsa allegata sit finalis. Ita Castrus loco cit. n. 5. num. 3. & Portel vbi supra, qui citat Sanchez de marim. lib. 8. disp. 2. n. num. 20. & 25. licet Villalobos in summa tom. 1. tract. 2. diff. 43. num. 7. cum Molina contrarium sentiat; sed virtus opinio est probabilis.

## RESOL. CIII.

An expressio falsi vitiet dispensationem?

Et pro praxi explanantur aliqua casus particularis, & alij deducuntur, & annotantur. Ex part. 8. tr. 5. Ref. 61.

§. 1. Superioris diximus, quando taciturnitas veri, reddat dispensationem inuidam, & multos casus in particulari tractavimus: nunc è contra videndum, quænam expressio falsi noceat dispensationi, & postea ad casus particulares deuenimus. Prima sententia affirmit, dispensationem esse irritam, & inuidam, etiam si causa falsa expressa sit impulsiva, quia felicitate, c. non leviter mouetur Princeps ad gratiam concedendam, quamvis ea non narrata, etiam concessisse. Ratio est, quia litteræ concessionis habent tacitam conditionem, si pretes veritate, videntur, cap. 2. de rescriptis. Cuius signum est quia Pontifex prius narrat in suis literis ea, qua pars proposita, & postea subdit, si ita est dispensatum.

2. Probatur etiam hæc sententia ex cap. postulati, de rescriptis, (quo iuxta multorum sententiam intelligitur de omnibus gratis) vbi refutatur, quendam à Pontifice obtinuisse beneficium, tacendo vicariam perpetuam viciū sufficientem, quam possidebat; & consultus Pontifex respondit, gratiam fuisse subreptitam, c. tamē causa silentii prætermisla non videtur esse finalis, sed impulsiva. Et confirmatur ex cap. non potest, in princip. & cap. si motu proprio, de prabendis in 6. & cap. si proponente, de rescriptis, vbi hæc doctrina expetitæ continentur. Ita senduntur Mardonius de probationibus coroll. 846. num. 1. Gutierrez question. Canon. lib. 1. cap. 15. num. 12. Et eidem sententia adheret Rebelloz 2. part. de obligacionibus in ist. lib. 3. de impedimentis matrimonij, q. 5. scđt. 4. num. 25.

3. Sed mihi placet opinio, quæ docet solius causæ finalis, non autem impulsiva falsa expressione dispensationem irritari, quæ sententia probabilior est, & conformior ficitis de taciturnitate veritatis. Hanc docet Ioannes Medina C. de rebus restitut. q. 24. ad 4. & 5. argumentum: vbi ait, donationem factam ob causam falsam finaliter esse nullam; feci factam ob causam impulsivam: eadem autem ratio est de dispensatione, & quacumque alia gratia.

4. Prior